



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXXIX. Bonon. fideicommissii de Pepulis. De eadem materia
remissionis fideicommissi reciproci, eventualis, ac de futuro per
divisionem seu transactionem; Atque discrepantibus capitulis & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Applicando autem ad rem, in hac facti specie probabilius pro non remissione respondendum videbatur, Tum ob assentiam regulæ, quæ sola sufficit, ut fundata dicatur intentio ejus, qui illam pro se habet juxta vulgarem decis. Mantic. 251 num. 12. cum aliis per Barbos. axiom. 198. Tum etiam quia in processio divisionis assignata fuit sola causa generalis, ut quod commune est, negligi soleat, ut advertitur d. decis. 308. par. II. rec. & diss. præced. Et clariss ob subrogationem prædicti liberis, quod partes fecerunt in locum domus, quam voluerunt à fideicommisso eximere, unde propterea videbamus ita versari in casu probationis clarae, quod fideicommissum adhuc subsisteret; Econversò autem nil urgere videbatur, quod præponderaret, dum clausula ad habendum erat ita generalis ac non bene extensa, & inæqualitas in facto negabatur, atque promissio evitacionis potius retorquebatur, diversamque voluntatem ostendere videbatur ob ejus restrictio nem ad certum casum; Non fuerunt tamen hæc formiter discussa, neque super eo judicatum fuit, quoniam in judicio possessorio seu executivo, de quo agebatur dicebat judex sibi sufficiere, quod ita fideicommissum effectum esset turbidum & altioris indaginis.

BONON. FIDEICOMMISSI DE PEPVLIS

P R O

COMITE JOANNE PEPVLO

C V M

HÆREDITATE & CREDITORIBUS
COMITIS FRANCISCI PEPULI.

Casus varie decisus per Rotam, ubi adhuc pendet.

De eadem materia remissionis fideicommissi reciproci, eventualis, ac de futuro per divisionem seu transactionem, atque discrepantibus capitulis & instrumento desuper initis, An magis capitulis, quam instrumento, vel econverso deferendum sit.

S U M M A R I U M.

1 Act series.

2 Decisiones cause hinc inde.

3 Quomodo intelligendi sint Morales loquentes de Advocatis defendantibus causas injustas.

4 Item quomodo gerere se debeant iudices deferendo decisionibus.

- 5 De regula ut per divisionem non censeatur remissum sit decommisum, & de limitationibus.
- 6 Qualis esset causa pñctus.
- 7 In concursu capitulorum, & instrumenti quod sit potius deferendum capitulis & de ratione.
- 8 Distinguuntur inspectiones cause.
- 9 De differentia in hac materia inter fideicommissum purificatum & purificandum, ut per divisionem, primum censeatur remissum, non autem secundum, & num. 12.
- 10 De pluribus axiomaticis ut inducta ad favorem non retorquatur in odium, & quod verba intelligentia sunt ad finem ad quem prolatas sunt.
- 11 Declaratur conclusio de qua num. 7 quando capitulo sunt clara, si enim sunt dubia recipient interpretationem ab instrumento.
- 12 De differentia de qua num. 9. inter fideicommissum de presenti & purificatum, ac fideicommissum de futuro.
- 13 De alia declaratione conclusionis de qua num. 7. ubi ex intervallo, & cum aliqua innovatione.
- 14 Quomodo dicta conclusio intelligenda sit & quæ regula in hoc adhiberi debet.
- 15 Solemnitas Statutaria requisita dicuntur ad certum finem ac effectum, quo non sequuntur habentur ac si non adessent.
- 16 In conflictu testium quibus magis deferendum sit.
- 17 Quando primus actus est invalidus tunc secundus validus & perficiens attenditur ut nunc tanquam unus.
- 18 De conclusione an contractus minoris habeat in implicatum statum validitatis, vel si nullus ipso jure distinguatur.
- 19 Quid attento statuto Bononia.
- 20 De conjectura remissionis fideicommissi resultante ab inæqualitate.

D I S C . CLXXXIX.

INTO fideicommisso conventionali inter Comites, Ugonem, Ricciardum, & Jacobum fratres de Pepulis, cum Jacobus Joannem nepotem ex altero Joanne filio legitimo & naturali in sola legitima, Franciscum autem filium naturalem legitimatum hæredem universalem instituisse, Hinc orta inter eos lite, prius coram Cardinali Legato, deinde vero in Rota eorum Panzolo, mediante opera ac interpolatione sapientum & defensorum utriusque partis deventum est ad concordiam stabilitam cum capitulis marerna lingua & per scripturam privatam initis sub die 28. Novembri 1637. sub conventione, ut super eis publicum instrumentum cum sapientum consilio celebrari deberet; In his autem capitulis inter cætera conventum est pro dicti Joannis cautela & securitate in bonis quæ sibi assignabantur, ut reservata censeretur omnia iura fideicommissorum, emphyteusis, legitimæ, &c. ita tamen, quod dicta reservatio facta censeretur adversus tertios, nunquam vero contra ipsum Franciscum, ejusque hæredes & successores per hæc verba præcisæ, Che nella presente capitulatione s'intenda e's habbi per expressa ogni reserva delle sue ragioni de i fideicommissi, d' emphyteusi, d' legitima, d' altri crediti, d' ragioni, e questo però solamente contro a terzi e non mai contro il Sig. Conte Francesco d' suoi heredi o successorli le quali si stenderanno a consiglio de i Sanij come di sopra per maggior cauzione e sicurezza del detto Sig. Conte Giovanni nell'i beni, che si danno in virtù dell'i presenti capitoli.

M m 4 Deindeque

Deindeque sub die 18. Novembris sequentis, cum solemnitatibus ad formam Statutorum requisitis in contractibus minorum (qualis erat Joannes) devenit est ad instrumentum, in quo inter cetera adjecta est protestatio seu declaratio, quod (sunt verba præcisa) per transactionem & divisionem, que fit rebus sic stantibus, salva sint jura fortasse purificanda ad favorē alterius dd. transfigendum, altero decedente sine filiis capacibus fideicommissorum vel investiturarum, quorum iura sibi reservari vententibus easibus prout iuri fuerit.

Defuncto autem dicto Francisco absque filiis, institutis extraneis hereditibus, magis forte honoratiis ad favorem creditorum, contra eos Comes Joannes in vim dicti fideicommissi conventionalis judicium instituit ad ea bona, quæ dicto fideicommisso subjecta per dictam transactionem in Franciscum obvenerant. Et introducta causa in Rota coram Celsō, cum unicus disputationis punctus restrinqueretur ad præservationes ut supra in capitulis & instrumento contentas, & an magis huic quam illis, vel econtra deferendum esset, ad favorem Joannis ad formam instrumenti quinque prodierunt decisiones, quæ habentur inter ejus impressas decis. 36.

¶ 86. 108. & 124. ad quarum normam expedita sententia, & commissa causa appellatio in eadem Rota coram Dunozetto, duas aliae decisiones conformes pro dñe sententia confirmatione prodierunt inter illas eiusdem Dunozetti dec. 915. & 923. ad quarum normam prolata secunda sententia, atque denud commissi causa in eadem Rota coram Cerro, aliae duæ prodierunt decisiones conformes sub diebus 14. & 4. Augusti 1655. prolataque fuit tercia sententia duarum præcedentium confirmatoria; Cumque rei conventi non acquiescerent, adita plena Signatura justitiae, per ista commissa fuit causa in devolutivo tantum in eadem Rota coram Verofio cum clausula sine prejudicio executionis trium conformium, ita jam sublequitur; Reis autem prosequentibus causam super dictarum sententiarum confirmatione, absqua alia facti variatione, sub die 5. Maij 1660. pro confirmatione prodiit resolutio, confirmata 11. Februarii 1664. ex eo quod magis capitulis quam instrumento deferendum esset, ad quarum decisionum normam prolata sententia revocatoria, & commissa causa coram Otarora, cum unica decisione 23. Iunii eiusdem anni 1664. prodiit secunda sententia confirmatoria, commissa que denud causa coram Bourlement, duæ aliae prodierunt decisiones conformes 17. Ianuarii 1666. & 30. Ianuarii 1668. ad quarum normam enanara tertia sententia, cum adessent tres conformes hincidit, adita Signatura justitiae, ista denud commissi causam in eadem Rota coram Calatain cum clausula Confitio de tribus, unde ad formam hujus scripti dato dubio. An ad favorem dd. hereditum seu creditorum constaret de tribus conformibus, quæ venirent exequenda, sub die 14. Iunii 1669. affirmativa prodiit resolutio, adversus quam concessa fuit nova audiencia, quæ penderit.

Istam vero præsentim causam, ejusque statum ut supra narratum, considerare atque præ oculis habere deberent Morales, quando de casibus conscientiæ tractando, agunt de Advocatis & Procuratoriis causas injustas defendantibus, atque de eis loquendo cum aliquo scandalo, eo modo quo Scribæ & Pharisi de publicanis & peccatoribus loquebantur; Vera siquidem sunt eorum propositiones in abstracto, ut Advocati & Procuratores injustas causas scienter defendantes sint maximi peccatores

ac scelerati, nedium apud Deum, sed etiam apud homines, arque pro meo tenus, severè punientur in anima, quam in corpore; Fallacia vero in applicatione, circa quam nūdū scribentes usurpat externum forum legaleque matruis non less callentes quandoque exquirunt; Recdūque dicta sancta & rationabilis propostio presentia injustitia, que penderit ex facto, quod est omni inalterabile, & contra quod defenso legi non testi, nisi cum mendacio, quod sit de genere malorum ac semper malum; Ulade si Advocatus causa Patronus, tueatur eum, quem scilicet esse rem, negando debitum, seu cum falsi probibus substinet solutionem, aut istam quoniam inbitam, cum exceptionibus dilatoris aliquis collis subterfugiis per annos dilatando; Sive eomodo sò tueatur eum, qui petat debitum, quod videtur esse indebitum vel satisfactum; Aut (ad rem stram) uero frequenter in praxi expertus simili quibus fieri, tueatur possessorem bonorum eius suis sui actionis creditoris cum fideicommissis creditis, quæ recte sciatis non esse vera impositione, & revocata vel satisfacta, tunc sine dubio incausabilis est.

Ubi vero causa consistat in articulo iuris & controverso (cum in claris non debet causa & adhibendi Advocatos) hinc consistat in id omnino incerto & ambiguo, cuius determinatio pendaat ab interpretatione per judicem ducere respectivæ ab electione per eum facienda non alterius controve: se opinionis eum similiter, tunc cum ob ingeniorum varietatem, junctianam experientiam, semper veritas inveniatur in dies videamus, data parti scientia, partis nuptate, ac summo justitia ac veritatis zelo, utique unius videtur nigrum alteri videatur album, præsertim istius cause exurus probavit, & elocutio probatio in Rota aliisque magnis Tribunis. Hinc proinde audire cuperem ab his iuris iudicibus, quomodo Advocatus vel causis personis discernere valeat causam justam ab iniusta, & etiam abstinenti; eademque ratio est excoluitur iudices, ac Tribunalia circa mensuram opinionum, ac recessum ab eis quia jam dicitur sunt, quod imperit's præbet scandali occasio, sed inepti.

Prout istius præsentim causa status docte rerum iudicis, aut Consulentes pro veritate ad eam sub cœca fide juxta modernum pragmaticum iuris, de fidelitate aliquibus doctinis vel decisionibus non bene persensis eorum fundamentis; Sicut in ista causa pro actore prodierunt novem decisiones conformes per doctissimos viros etiam iudicis ulterius accessit iudicium Signaturæ ex dictis Prælati & Cardinali Præfecto confitit, & deinde omnia revocata fuerunt, ergo causa ista est error pragmaticorum alii anchorite decisioni mordicus insistere, perinde ac si modum loquendi Juristæ dicere solent, tunc vangelium Sancti Joannis.

Quatenus igitur ad causam pertinet, nullam controvergia erat circa conclusiones iuris in alibz super affirmativa vel negativa remissione defendantibus resultante à concordia seu divisione; Non dubitabatur enim de regula negativa in diffinitione proximè præcedentibus constituta, & de qua in primis decisionibus pro hac parte edita Minutis, quartiere oportebat de limitationibus refutari, & à clausula ad habendum, & à promissione certa

nis, ac à lassione seu inaequalitate alisque similibus, de quibus d'is. proximè proced. Licet enim hæc in aliquibus ex ultimiis decisionibus insinuantur, attamen videntur porius deducita ad decisionum ornatum, ut ita conclusionibus & doctrinis referat vi- deantur, protus enim improbabile est velle deducere hujusmodi limitationes ex clausulis & verbis contentis in eo instrumento, quod litteraliter atque cum verbis nimis expressis ut supra continet fideicommissorum præservationem ex vulgari & quotidiana regula textus in. ille aut ille ff. de legat. quod s. in claris & expressis non intrant argu- menta.

Unicus igitur causa punctus erat, an deferendum esset magis instrumento, in quo ut supra litteraliter dicitur transactionem ac divisionem (juxta etiam præsumptionem juris) factam censeri rebus in eo statu permanentibus, & absque præjudicio fideicommissorum per mortem unitus ab illo que successore capaci purificandorum, vel potius deferendum esset capitulo in quibus expressè dicitur juxta superiori registrata verba, fideicommissorum ac investiturarum præservationem factam censeri contra tertios, nūquā vero contra Franciscum ejusque hæ- tates & successores.

In hoc autem dicebant scribentes pro dicti Francisci hæredibus, atque Rota in ultimiis resolutionibus admisit, regulam assistere huic secundo intellectui, quod capitulo magis quam instrumento deferendum sit juxta apud ab eodem Tribunali firmata coram Peña & Merlino & in aliis tam antiquiori tempore quam recentiori editis, præsentim in Rom. Casalis veteris coram Albergato, de qua sub tit. de emphyteusi d'is. 14. & in aliis frequenter, ex ea clara ratione ibidem deducta & in hujus causa ultimiis decisionibus plures incutieata, quod capitulo continent verba partium, quarum prouincie voluntatis substantia in eis residere dicitur, instrumentum vero continet verba Notarii, qui sapè juxta formularium in translatione conventions partium à materno idiome in latinum, earum voluntatem alterare solet; Ideoque in plerisque partibus potius commendabilis quam dannabilis inolevit usus extrendendi instrumenta & testamenta in proprio ma- terno idiome.

Econversò autē ego & ceteri pro hac parte scribentes, inhærendo quoque firmatis in dictis novi prioribus decisionibus pro hac parte editis, tria deducbamus nimirum probabilia fundamenta, que singula sufficere videbantur, multò magis si nul juncta; Primo scilicet compatibilitas capitulorum & instrumenti, quodque prior reservatio in capitulis contenta non adversaretur posteriori contentae in instrumento, eaque potius diversa, quam contraria esset; Secundo quod ubi etiam esset contraria, adhuc tamen ex partium voluntate in novata dicta regula non intraret, sed instrumento deferendum esset, capitulorum reformativo seu declarativo; Et tertio, quod attendi deberet instrumentum tanquam unica & privata conventione, in qua transactio- nis ac respectivæ divisionis substantia consideretur, stante præcedentis conventionis nullitate ob non adhibitas solemnitates requisitas in contractibus minorum ex Civitatis Bononiensis Statutis.

Quatenus igitur pertinet ad primum fundamen- tum, Verba superiori registrata clare probare vide- bantur dictam compatibilitatem, ex eo quod refer- ratio utpote adjecta in solam gratiam & cauelam Joannis, percuteret jus de præsenti, & tunc com- petens ex fideicommissis vel investituris jam puri-

ficatis seu creditis & juribus tunc in item deductis, ut eis se tueri posset in bonis quæ ad eum ex dicta conventione obveniebant aduersus tertios, & sic ad effectum excipiendi non autem agendi contra alterum contrahentem; Meritoque dicta præser- vatio necessaria fuit, cum aliás de jure, stante certa scientia fideicommissorum aliorum que jurium jam in item deducitorum certa resultabat remissio, quā Franciscus voluit ita juxta juris dispositionem non obstante reservatione remanere salvam, ne aliás inanis & contradictria esset concordia.

Non tamen exinde inferri potest ad aliā futuram eventualem fideicommissorum purificationem, ob notabilem differentiam, quam in jure habemus in- ter unum calum & alterum, dum quoad fidei- commissum purificatio regula est, ut data scientia, illud censatur remissum, quo vero ad purificandum, regula est in oppositum et non censatur ex deductis in dictis duobus discursibus præcedentibus, ergo dum ista verba suam habere possunt congrua operationem in fideicommissis de præsenti, non videbatur quare referri deberent ad illud de futuro re- gulariter non comprehendens.

Carius vero, quia, ut ex eisdem verbis ut su- prā patet, dicta præservativa inducta fuit ad solum favorem & gratiam Joannis, ut ita in bonis, que tunc obtinebat se tueri posset, & tamen per secundum intellectum adhibitum in ultimiis resolutionibus sequeretur de directo oppositum, quoniam redundaret in solum damnum ac præjudicium dicti Joannis, cuius respectu remissa censerent fidei- commissa & alia jura de future competencia in bonis Franciscis datis vel dimissis, quatenus in eo casus contingere; Et econversò eadem iura salva remanerent ipsi Francisciso in bonis Joannis. Si in eo casus eveniret, quod utique in jure absurdum est, quoniam verba intelligi, seu interpretari debent juxta sensum vel finem, ad quem prolati sunt; Ob- stante etiam alio vulgari juris principio seu axioma te, ut inducta ad favorem retorqueri non debeant in odium, atque inducta ad unum finem operari non debeant alterum nedum diversum sed oppositum ex collectis per Barbos axiom. 56. 99. & 222. cum vulgar.

Et nihilominus advertebam sufficere quod ex his dicta verba redderentur ambigua, & interpre- tatione digna, ut propterē omnino deferendum esset dicta posteriori declarationi contentæ in in- strumento; Conclusio enim prædicta, ut in con- cursu capitulorum & instrumenti magis illis quam huic deferit, procedit in casu contrarietatis, siue incompatibilitatis, secus autem, quando clari- rior conventio instrumenti stare potest compatibi- litate cum capitulis pro eorum declaratione, seu interpretatione, ut plenè ceteris relatis firmatur per Rotam in Romana lucri dotis 30. Martii 1648. co- ram Ghiulio S. nee facit edita in causa, de qua sub tit. de dote d'is. 129. & dec. 397. num. 18. & sequentia par. 9 rec.

Potissimum vero attenta ratione, ob quam con- stituitur differentia inter fideicommissum jam pu- rificatum, ac de præsenti, & futurum eventuale re- ciprocum, ut in primo remissionis regula sit affir- mativa, in altero autem si negativa, quia scilicet fideicommissi præsenti remissio videtur actiū con- naturalis ejusque reservatio eonraditoris; Econ- versò autem compatibilis est fideicommissi futuri ac eventuales præservatio, quæ utriusque contra- hentis commodum & quæ continet, vel præjudici- um excludit, dum æqualis est spes superexisen-

cis, & commodi asequendi totum, ob incertitudinem, utra linearum prius defectura sit; Maximè, ubi, ut in praesenti, nulla concurrat inter contrahentes inaequalitas aetatis, seu valetudinis, aut alterius accidentalis inhabilitationis, ob quam magis in uno quam in altero verisimiliter prævideri possit casus deficientiae, dum ambo erant iuvenes, ac habiles ad proles procreationem.

Verum ubi etiam ad esset contrarietas seu incompatibilitas (juxta secundum punctum ut supra distinctum,) Adhuc advertebam posteriori instrumentalis conventioni deferendum esse, quoniam inter capitula, & instrumentum notabile intercedebat spatium 20. dierum, unde potuerunt partes, maturius cogitando, conventiones in capitulis contentas addere, minuere, reformare, seu melius declarare, ut bene Rota decis. 137 num. 8. & 9. p. 9. rec. quæ est eadem apud Ro. dec. 188. Adden ad Greg. decis. 168. num. 8. Potissimum vero & clarissima ubi instrumentum contractum non stat ad solam futuram memoriam maioremque firmitatem capitulorum in omnibus & per omnia, ita ut omnimoda novatio excludatur, qualis est præferrimus casus, de quo agitur in Romana Casalis veteris 4. Iunii 1655. & 11. Decembri 1658. coram Albergato, de qua dicto tit. emphyteusi disc. 14. ubi instrumentum celebratum fuit in omnibus, & per omnia relativè ad capitula absque illa innovatione; In praesenti enim quamvis in instrumento enunciarentur capitula in eo inserta, seu registrata, nihilominus expressè dicitur, quod ultra predicta, partes volebant observare capitulationem, & ad alia infra scripta devenire, & sic termini sunt diversi.

Et quod magis in hoc meum intellectum captivabat in substantia veritatis potius, quam in formulis verborum, vel conclusionibus, ac regulis generalibus hincidè confluentibus, in abstracto veris, atque utrique parti respectivè adaptabilibus juxta facti qualitatem, unde propteræ pro meo sensu clarus error est, in his ita generaliter, ac indistinctè immorari; Cum enim ageretur de conventione inita cum minore, pro cuius validitate, ac perfectione pernecessè deveniendum erat ad instrumentum celebrandum cum dicto judicis, ac intervenienti proximiiorum, aliisque solemnitatibus statutariis, hinc proinde, ita sine solemnitatibus per scripturam privatam confecta fierunt capitula, porti tanquam abozum, seu preparati futuri instrumenti, quam tanquam jam perfecta conventione; Et quod magis, in eisdem capitulis dicitur, quod deberet confici instrumentum ad consilium sapientis, quod utique adhucendum est, non ad ceremoniam, ac formalitatem, sed ad effectum corrigendi, ac reformati, vel melius declarandi ea quæ partes non sapientes, ita rudi modo præordinaverant.

Idemque est finis, vel ratio ob quam Statuta in contractibus minorum, vel mulierum demandarunt intervatum judicis, ac proximiorem vel curatorum, non pro cæremonia & formalitate materiali, sed ad dictum certum effectum occurrendi præjudicis alias resultantibus ex conventione, quam persona imperfecti judicis fecisset, ita conventionem reformato, adeo ut actus permaneat gestus tanquam à viro prudenti ac perfecti judicis, quodque si secus fiat, habetur ac si dictæ solemnitates adhibite non essent, Ruin. conf. 107. num. 14. & conf. 170. num. 27. lib. 1. de Marin resol. 144. num. 3. lib. 1. Dunozett. decis. 805. bene Adden. ad Gregor. decis. 333. & habetur frequenter in sua materia

subtit. de alienationibus, & contrationibus.

Cum igitur ex superioris dictis super capitulo interpretatione, attento intellectu partis alterius in posterioribus resolutionibus recepto, et ratione jurium de futuro, refutaret dictam, etiam cum evidenti præjudicio minoris, qui in his sibi obventis subjectus remanere vinculatus commissi, & investiturum, quatenus ab aliquo cæsere capaci decedere; Et e converso tempore codem casu in altero contrahente, illud jus remaneret; Hinc proinde iudex, auxiliari, & sapientes, qui in actu solemne sufficiente intervenirent, suppledendo præceptum non solemnum, ita imprudenter cum præjudicio & lesionis minori, sed ulteriori dictam adiecerint meliorem declarationem habentem assentiam regulæ juris, Vel scilicet clarando præcedentem ambiguum conventionem; Vel illam innovando, sive suppledendo, per quod partes ab initio etiam in capitulis conservato sapientium consilio voluerunt, aquæ de hi videbatur getmanus intellectus, seu veritatio istius veritatis.

Et his accedebat, quod duo Advocati arbitri ac mediatorés, qui dictam concordiam remanerant, dictaque capitula ordinaverant, viri gerrini, ac probata fidei, explicitè declarantes in hoc sensu eadem capitula ordinata esse, ut illius in instrumento declaratus fuerat; Et unusquis ad esset in contrarium depositio alterius intentionem partium fuisse convenienti eos, quos de omnimodo liberae ac remissione facti missorum, Nihilominus, ultra exceptiones males, quas cause Patronis in facto advenientes, isto teste concurrere, aliasque circumstans, quas fide minus dignus reparari debet; Notatur quod duobus magis qualificatis negotiis formati, ac meliores scientia causas relevantes deferendum esset cap. in nostra depositione Ord. 200. num. 22. Quinimò ubi etiam esset quæ numerus, atque æqualis qualitas, adhibebit esse dicebam nostris testibus, habentibus sufficientiam juris, juxta cujus dispositionem potest instrumentalis conventionis facta erat, ex regula in concuso testium, deferendum est illis, quæ quis distinet, & cum veliori causa scientia rem illiora deponunt, sive juris, vel administrationis assentiam hebet ex deductis per Latinas quæ num. 130. Mantic. decis. 366 numer 7. Sarat. 1. den. decis. 43. num. 4. & 10. Gregor. decis. 1. Rota in Tyburtina Castrorum 31. Maij 1659. quæ, & frequenter.

Et tamen advertebam sufficere, ut illaibus invicem colluctantibus, ac etiam ex alijs missis, omnia quæ hincidè deducebantur, per consequista remanerent, arque ita veritas non incerta redderetur, ut ita tanquam in dubio per neutrā partium bene probata esse, regula, seu præsumptioni juris, per huic parti assistebat super non remissione fiducie missi reciprocí eventualis, & de futuro.

Demum vero (aggregando tertium punctum) Advertebam, quod ubi etiam incompatibilitas clara, certusque esset intellectus capitulum, et alteram partem prætensus, adhuc tam ob uitatem præcedentis conventionis contenti inspectis, illorum nulla ratio habenda erat, sed deinde dum erat instrumentum, tanquam postmodum unicus actus validus, & obligatorius ex parte, non autem ex tunc, perinde ac si præcedens conveniens

non esset in certum natura juxta magistralem traditionem. *Imola in l. Titia 134.* §. idem respondit ff. de verb. oblig. num. 10, circa med. & sequuntur alii, de quibus bene Gratian. discept. 470. num. 1. & discept. 509. num. 25. & sequen. & discept. 943. num. 4. *Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 10. num. 59.* & cap. 21. num. 13. *Rot. decis. 34. num. 17. par. 8. rec.* & non negar sed explesse admittit ac supponit *Surd. conf. 202.* in cuius auctoritate aliquae ex posterioribus decisio- nibus totum fundamenta constituere videntur, dum procedit cum distinctione, an ex primo actu jus quicunque esset necne, ad effectum retrotractio- nit, ac attendendi, ut tunc, & non ex nunc, vel e- cothra.

Nullitas dictæ p'ma conventionis erat dupli- citer clara, & nullatenus obligatoria; Primò ob non servatas solemnitates in actibus minorum, contra expressam dispositionem Statutorum habentium decreum annullativum; Et secundò ob expressam prohibitionem hominis contentam in dicto fideicommissio conventionali super alienatione bonorum, eorumque transitu ad ex-raneos, unde propterea promeo iudicio videbamur esse in cla- ritis.

A 1versus istud motivum in ultima decisione *coram Bourlemont*, cum qua pertransit alia *coram Ca- latina*, dicitur quod contractus minorum habent implicitum statum validitatis, atque earentur sunt nulli, quatenus ipsi eos impugnent, ac invalidos declarant, sicut autem ubi approbant; Hac tam- men responsio, etiam in sensu veritatis nullum fundamen- tum habere videbatur, tam in facto quam in jure; In facto siquidem, quoniam dum per in- strumentum postea celebratum minor convenit in oppositum ejus, quod in capitulis dicitur contigeri, ergo non approbat sed explesse improbat, ne- que alia verbalis improbatio desideranda videba- tur, dum aderat potentior improbatio factis; Mi- nusque de jure, quoniam dicta conclusio super im- plícito statu nullitatis actus minoris procedit in ter- minis juris communis, quibus attentis actus non est ipso iure nullus, sed rescindendus venit ope excep- tions ipso minore volente; Secùs autem ubi nullitas provenit à jure municipalí habente expres- sum decretum annullativum, cum tunc habeatur pro omnino infecto, ita & taliter, quod ex veriori opinione quam tenet *Rota*, neque resulset obli- gatio naturalis in conscientia ex plenè deductis deci- sis. 80. par. 10. & decis. 98. par. 11. & bene ita distin- guendo Gratian. discept. 691. num. 2. cum sequen. Al- togad. jun. controv. 14. num. 27. apud quos ceteri, atque cum hac distinctione proceditur in celebri decisi. 108. *Surdi super questione*, an nullitas alle- garipossit à tertio, in quibus terminis minore non opponente, sive eo defuncto, verè ac propriè in- trat hanc inspectio, non autem adversus ipsummet minorem; Et clarius quia Statutum *Bononia lib. 2.* de contract. minorum, s. & si que cessiones, ad litteram tollit hunc implicitum statum, atque declarat actum invalidum etiam minore volente.

Ulterius ista inspectio cadit, quando ageretur de validitate vel invaliditate actus, eoque substi- nendo vel infirmando ex sola dispositione juris; In praesenti autem invaliditas, ac defectus potestatis principaliter ponderabantur pro regulanda voluntate ac interpretando unam vel alteram conventionem, ita præmissa omnia tam voluntatis quam potestatis simul combinando, utrumque alterum co- adjuvaret.

Magnum fundamentum in posterioribus deci-

sionibus constitui videtur in motivo inæqualitatis, ac magna læsionis alias resultantis, ex qua in hac materia vehemens conjectura remissionis fideicommissi per divisionem resultare solet, ut in *disceptibus 202.* *precedentibus*, quasquid Franciscus magnam quantitatem bonorum liberorum, ita conferendo, obti- neret solum in bonis fideicommissariis vel emphyteuticis, ad quotum participationem admissus fuit, commoditatem scilicet fruitionem vitalitatem cum magna inæqualitate, ac læsione; Verum istud videba- tur satis leve argumentum, Tum quia id negabatur in facto, Tum etiam quia magnum fuit emolu- mentum honorificum, ac pretio inæstimabile, ut naturalis tantum admitteretur cum legitimo ad æ- qualem successionem ex investituris & fideicom- missi solis legitimis debitam; Ac etiam quia dictus Franciscus ut supra in florida aetate & valetudine constitutus habilis erat ad filiorum procreationem, atque poterat commodum affequitionis omnium bonorum per mortem Joannis absque capaci suc- cessore.

Ex his autem resultare dicebam bonum jus ha- jus pat'is, etiam si causa esset nova, ex integro di- sputanda & decidenda, adeoūt si nullis decisioni- bus adhuc editis, pro veritate consultus fuisset, forsitan probabilis pro hac parte potius respon- disse, multo magis credebam non potuisse, nec de- buisse ex his retractari res sententias Rotales præ- viis novem decisionibus emanatas, ac etiam ca- nonizatas per Signaturam, & executioni demandatas; Et sic ubi hic posterior intellectus datus fuisset ab initio & ex integro, tunc transeat, sed ita retractare tot decisiones & sententias jam facientes statum ac speciem legis, id non de facilis intel- lectu captivare poterat, Adhuc tamen intrat sa- pius insinuata ratio affectionis, quæ Advocatorum intellectu fascinare solet. Ideoque proprium sen- sum solum exprimendo, aliis relinquo judicium su- per veritatem.

AMERINA SALVIANI

P R O

AGABITO ET ALIIS DE JAN.
FELICIBUS

C V M

V V L P I I S.

Causa disputata coram A. C.

De revocatione seu remissione fidei- commissi ordinati in testamento, an substineatur, si fiat in altera minus solemnni voluntate.

Et de fideicommissi exceptione du- bia non retardante iudicium Sal- viani.